

spexerunt, genu<sup>m</sup> flexerunt, psalmos penitentiales cum litaniiis dixerunt et non fracto silentio sic martyrium receperunt. Prefati sacrilegi non hiis contenti, omnes nudos dimiserunt, cuncta diripuerunt et igne apposito discesserunt<sup>25</sup>.

Domine vero civitatis mane sequenti ad locum accesserunt, et cunctis inspectis omnes ad presidem civitatis luctu et clamore validis accesserunt, et sibi loco dei fieri iusticiam per eum de sacrilegis quiesierunt. Quod ut pater sanctus novit, ad monasterium porrexit, fletu magno se affligens, quod cum tam sanctis suis filiis ac fratribus martyrium non recepit, et confestim ad domnum civitatis<sup>n</sup> deambulans, ne fieret vindicta de sacrilegis, sed deo dimicteretur per se, consanguineos, amicos et notos, inquantum potuit, devotis precibus exoravit.

Furore populi contra episcopum mitigato Romam, quia tunc fiebat ibi generale concilium<sup>26</sup> Alexandro<sup>27</sup> presidente, cum aliquibus detruncatis evadentibus a flagello accessit<sup>28</sup>. In concilio ante summum pontificem de episcopo querimoniam ponit; sed prevalente nequicia nil optinens afflictus dupliciter Florentiam redire curavit. Quod Florentinis inextimabiliter grave fuit, et a commune litteris summo pontifici factum per ordinem exprimentibus fieri iusticiam flagitavit. Qui se venturum in brevi et flagicium puniturum predixit. De quibus, dum existeret Florentie<sup>29</sup>, antedictis summus pontifex nichil penitus observavit, ex quo Florentini indignationem<sup>o</sup> acceperunt et per dei iudicium determinari et puniri scelus modis omnibus procurarunt.

*Andr. Strum.*

§ 74

10. Quod sancte memorie Ildebrandinus<sup>30</sup> archidiaconus et Iohannes<sup>31</sup> archipresbyter cathedralis ecclesie Florentine agnoscentes pro defensione fidei se morti exposuerunt et quod inceperant vivaciter ad finem ducere curaverunt.

m) ieunu.

n) von zweiter Hand am Rand.

o) dedignationem.

<sup>25</sup>) Frühjahr 1067.

<sup>26</sup>) Fastensynode 1067.

<sup>27</sup>) Alexander II. (1061–73).

<sup>28</sup>) Vita S. Ioh. Gualb. anonyma c. 5 (MGH SS 30, 2 S. 1106f.): Johannes ging nicht selbst; Abt Rudolf von Moscheto führte die Gesandtschaft.

<sup>29</sup>) Sommer 1067; vgl. R. D a v i d s o h n, Forschungen 1 S. 48; d e r s., Geschichte 1 S. 235.

<sup>30</sup>) Hildebrand-Gregor VII. (1073–85).

<sup>31</sup>) Natürlich Rozo; vgl. G. M i c c o l i, La lettera dei fiorentini ad Alessandro II e la sua tradizione manoscritta, in: d e r s., Pietro Igneo. Studi sull'età gregoriana (Studi Storici 40–41, 1960) S. 147 Anm. 3.